



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Admodvm Venerabili Patri F. Onesimo De Kien Reverendissimi Domini P. F. Baptistæ De Lanvza Homilias, Ex Hispanico Idiomate, Latino, Reddenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

AD MODVM VENERABILI
PATRI F. ONESIMO DE KIEN
REVERENDISSIMI DOMINI P. F.
BAPTISTÆ DE LANVZA
HOMILIAS, EX HISPANICO IDIOMATE, LATINO REDDENTI.

O D E



Octis fatebor, regnat Iberia.
Libris LANVZÆ te sine ONESIME,
Virtutis admirata numen,
Germinē luxuriatur almo
Tulisse dignum gaudet adorā,
Quem duplicatis vestijt infulis
Præclara virtus, perspicacis
Ingenij stupefacta fœctu.

Hos dum latino tradis ONESIME,
Sermonē libros, te duce & auspice
In gente non vnâ refulget,
Discolor ingenij venustas.

Modò ille mundi vasta per atria,
Scientiarum spiritus emicat:
Dæd que lucet vniuersum
Præsulis ingenium per orbem.

Modo illa terras, & maria, & latus
Vtrumque mundi, decidui plagas
Ortiq̄ue solis, quin remotos
Auspice te penetrabit Indos.

Sunt nostra laudis carmina debita
Pars nulla, non hæc tam tenui lyrâ
Cantanda, non rudi Camœnæ
Conueniens, humiliq̄ue pleæto.

Quid Phœbe frustra Pindarico iubes
Cantu ire laudes Patris ONESIMI?
Has credo dignè optas referre,
Sed scio nil minus his valebis.

Accinebat

Fr. Basilianus Brugensis
sacerdos Capucinus.

(***)

ELO.

ELOGIUM
VITÆ, MORTIS, DONORVM
AC VIRTVTVM HEROICARVM
VENERABILIS HARVM HOMILIARVM
AVCTORIS ROMÆ IMPRESSVM
CVM LICENTIA SS. D. N. VRBANI VIII.

*In actibus Capituli Generalis, quod ibidem celebravit S. Prædicatorum
Religio 2. Iunii Anno Verbi Incarnati 1629.*

AD FACTAM ELECTIONEM R. DISSIMI SVI GENERALIS
M. Fr. Nicolai Rodulphi, yt sequitur.

IN Prouincia Aragoniæ Obijt Albarracini Reuerendissi-
mus Dominus Frater Hieronymus Baptista de Lanuza,
Episcopus Barbastrensis, & Albarracinenfis, filius Con-
uentus Valentini, qui in omni vita sua Constitutiones
Ordinis ad vnguem seruauit, ieiunijs, catenisque ferreis carnem ma-
cerauit, orationi & sacræ lectioni quotidie vacauit, prophetico spi-
ritu claruit, secreta cordium, multorumque starum in Purgatorio,
egressumque ab eo cognouit. Dono sapientiæ, & intellectus in sacris
præcipue Scripturis exponendis diuinitus (sancti Ludouici Bertrandi
eius Magistri testimonio) eximie præditus fuit, quod eius opera præ-
clare demonstrant. Quinquaginta annis in Prædicationis munere
consumptis, non semel facie splendidus apparuit, paupertatem in Epi-
scopatu summopere coluit, omnibus suis vsque ad proprium lectum
pauperibus erogatis, sanctorum Episcoporum amulator. Ab om-
ni letali labe immunis (Confessario teste) septuagenarius in magna
sanctitatis opinione ex hac luce migrauit.

MAIE.